UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

Durantis, Guilelmus

Avgvstae Tavrinorvm, 1578

Officio ordinarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96846

Visual Library

nax. Nam ſi Deus benignus eſt. ut q̄d ſacerdos eius auſterus vult
apparere? Hæc leguntur 26.quæſtio. vlti. allegant. & in prælleg.
capitul.non ſatis. verſicul.melius Diuinitatis ſi quidem natura cle
mens eſt pia, & ad indulgendum prona: ut de pœn.diſtinctio.1.
quia diuinitatis. cuius exemplo rectores prouidi ex ſua infirmita
te aliorum infirma penſantes, lapſos debent per manſuetudinem
15 ſubleuare: vt 45.diſtinctio.recedite. †Quia nulli claudenda eſt mi
ſericordia, nulli peccati impunitas relaxanda: vt 23.quæſt.4.duo
iſta.¶Hinc eſt, quod Chriſtus ex magnę pietatis diſpenſatione ca
dere Petrum permiſit, ut ex ſua infirmitate cognoſceret, quam
miſericorditer aliena infirma tolerare deberet. 50.diſtinctio.
conſiderandum.& capitul.ſequen.¶His igitur auctoritatibus iu
dicialis informat auctoritas miſericordiam ſeu diſpenſationem
ſequi potius, quam rigorem. Ad quod etiam accedit 9.diſtinct.
ſane.ff.de pœn.l.interpretatione.extra, de tranſactio.capitul.fin.
Nec enim aut ſeueritatis, aut clementiæ gratia affectanda eſt:
ſed in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem iudices eſſe de-
bent: in grauioribus vero legum ſeueritatem cum quodam beni-
gnitatis temperamento ſubſequi debent: ut ff.eod. titul.reſpiciē-
dum.reſpon.1.quia vera iuſtitia compaſſionem habet: 45.diſtin-
ctio.vera.& diſciplina deſtituitur, ſi ſine miſericordia teneatur:
ut ea diſtin diſciplinam.in princ Ergo prælatos in diſpenſatione
miſericordiæ ꝯſtituit ipſa iuſtitia debitores: vt s̄.§ genera: iuxta
a Illud Apoſtolici:[a] Diſpenſatio cęleſtis ſeminis nobis iniuncta eſt:
ut 43.diſtin.diſpenſatio nam utitur eis Deus in diſpenſatione. 23.
quæſt.4.cccc.

ADDITIO.

a Apoſtolici. ¶ Scilicet papæ Nicolai, ſed Apoſtolus j. ad Corinth. 9. dicit,
Diſpenſatio mihi credita eſt.

¶Bald. De diſpenſationibus.

DISPENSATIO eſt rigoris mitigatio, uel pœnalitatis moderatio, per habeatem auctoritatem facta, ſuadente vtilitate publica, vel alia rationabili æquitate. §.j. Guli.quam lex ciuilis indulgentiam vocat. Bald. Rigor eſt ſtricti iuris ſeueritas. Aequitas eſt flectio rigoris ad humaniorem partem. Ius eſt conſtitutio rationabilis. Bald. ¶ Diſpenſatio eſt præter legem ordinatio aliquali ratione procedens. verſicul.not.G.diſpenſatio hominis proprie loquendo eſt in libero ſuperioris arbitrio. & ſi diſpē ſat cauſa ſuadente, eſt gratia gratis facta: ſi non, eſt iniuria: tamen nullus querelæ locus eſt.ff.de aqua quotidia.& æſti.l. 1. §. permittitur. Nulla enim diſpenſatio gratioſa habet cauſam finalem neceſſitatis, ſed fundatur in cauſa impulſiua.large tamen diſpenſatio, quæ neceſſaria & debita eſt, dicitur diſpenſatio, ut ætatis miſeratio. ff. de minor l.auxilium.§.fina.& de infam.l. quid ergo.§.pœna grauior.& de inoffic.teſtamen.l.Papinianus.§.fin.in glo. hoc verbo text.legum raro vtuntur. Bald. ¶ Irregularitas eſt inhabilitas, impedimentum canonicum obſtans promotioni, & deijciens iam promotum, ſumens originem ex cauſa uel culpa non digna.in §. iuxta. per Guliel. & eſt ſicut quædam cicatrix.Guliel. ¶ Contrahitur irregularitas defectu natalium: quia degeneres homines non ſunt ad nobilia & honores euocandi. Eſſet enim confundere & denigrare eccleſiaſticum honorem.ſi paſsim viles homines promouerentur. Item contrahitur ex bigamia & eſt triplex bigamia, in uerſicul contrahitur.& verſicul.ſcias. Item ex percuſsione paſſiua: vt ſi quis lepra percutitur, nam leproſi ſunt irregulares: & dicit lex, quod debent ab aliorum conſortio ſeparari, in Authenti. iuſiurandi in fin. Item ex percuſsione actiua, quæ eſt duplex, ſcilicet verbalis per capitalis criminis accuſationem, & realis ipſo facto: ut per homicidium & mutilationem. Item religioſi cauſidici, & cæteri ſunt irregulares quandoque.G. Item contemptores clauium, uiolando interdictum, excommunicationem, vel ſuſpenſionem, quæ omnia qualiter ſunt intelligenda, vide eo.§ verſicul. item nota, quod ſuſpenſus.cum multis uerſicul. ſequen. & verſicul. ſed quæritur. quando complures.& verſicu.ſequen vbi omnino uideas, ubi aperitur multarum Decretalium intellectus. ¶ Habens plura beneficia cum cura, uel plures perſonatus ſine diſpenſatione, irregularis eſt, ſecundum Innocentium veſicul.hoc ſciendum, G. ¶ Abbas per irregularitatem à prælatione non remouetur, ſecundum Innocent.de tempor.ordina capitul.tua.ſecundum Innocent.eod.verſicul. ¶ De diſpenſatione epiſcoporum eis permiſſa, uel prohibita, & de auctoritate epiſcop.§.nunc.de epiſcoporum. per totum.G. ¶ Cum illegitime natis, quo ad curam & ordinem ſacrum, ſolus papa diſpenſat. verſicul. curia nero. in fin. §. G. ¶ Qui iurat non alienare ſine licentia epiſcopi, poteſt alienare cum licentia legati.§.conſequenter. verſicul.penulti.G.ſi in eo epiſcopatu gerit legationem, non ſi alibi. Quam poteſtatem habet papa, in §. nunc breuiter. Quam quatuor patriarchæ.§. ſunt quoque.G.nunquid ſuperior uidetur diſpenſare eo ipſo, quod ſcienter aliquid facit.in §.qualiter verſicul.dicunt autem.& verſicul.nunquid. Et dicit, quod non: quia diſpenſatio debet fieri expreſſe, & poteſt probari diſpenſatio per teſtes & per inſtrumentum. Non obſtat. ff. de re iudica.l. quidam conſulebant.in fi.quia ibi in principe. G. Secus autem in inferiore. ¶ Item illud propter publicam utilitatem ut l.Barbarius.ff. de offic. prætor. Si tamen ſit mutatio pęnæ, an uideatur hoc ipſo diſpenſatum ſuper infamia: vide j.de ſent.§.ſed quid ſi per ſlatutum. ¶ An lite pendente ualeat diſpenſatio, uerſicul.ſed uidetur. G.& ff. ſi quis cau. l.qui autem. ¶ Semper probationes, & dicta teſtium in odioſis ſunt interpretanda in meliorem partem, verſicul.in ſumma. ¶ Quando in pluralitate beneficiorum poſsit diſpenſari, & quando plura beneficia poſsint ſimul teneri, in §.uidendum. per totū. An per clauſulam, Non obſtante, inducatur diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum.uer.quid ſi propter.& tenet ꝙ ſic.G. ¶ An præſtimonia nomine beneficij eccleſiaſtici contineantur, in uerſi.unde uidimus.ſub uer.quid ſi indulgetur.,G. Quis ſit effectus diſpenſationis, legitimationis & reſtitutionis famæ, in §.poſtremo.per totum.G.

De officio ordinarij, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius iudex quis dicatur.*
Diffinitio ordinarij in quibus locum habeat.
2 *Officiales epiſcoporum ordinarij cenſentur, ubi eis cauſarum uniuerſitas eſt commiſſa.*
3 *Auditores generales palatij domini papæ, an poſſint dici ordinarij.*
4 *Prælatus quilibet per electionem receptus, eſt ordinarius.*
5 *Archidiaconus non dicitur ordinariam iuriſdictionem habere, quia epiſcopi licentiam requirit.*
6 *Legatus ordinariam habet iuriſdictionem: & an morte mandatoris expiret eius poteſtas.*
7 *Patronus non habet iuriſdictionem inter libertos.*

VIDEAMVS quis dicatur ordinarius iudex, Quis eum conſtituat, Quod ſit eius officium, Quis poſ
a ſit eſſe ordinarius.[a]

1 1.§.Ordinarius †eſt, qui iure ſuo, vel principis beneficio vniuerſaliter iuriſdictionē exercere poteſt.ff.de iuriſdi.om.iud.more maiorum.& l.ſeq. quod
locum habet ſiue in eccleſiaſticis: ut ſunt primates, archiepiſcopi
epiſcopi, & alij eccleſiaſtici, qui habent iuriſdictionē à papa.extr.
eo.duo.22.diſtin.omnes.reſp.1.extra, de elect.ſignificaſti.ſiue in
ciuilib.ut duces, marchiones, comites, & huiuſmodi, qui habent
totalem iuriſdic vnius prouinciæ: vel loci ab Imperatore. nam ſi
vnius cauſæ cognitio eſſet commiſſa, talis eſſet delegatus dominus papa vero eſt iudex ordinarius ſingulorum.extra, de electio.
b cum nobis olim.[b] 9 quæſtio.3.cuncta extra, de priuileg antiqua.
2 †¶ Item ordinarius eſt is, cui cauſarum vniuerſitas eſt commiſſa:
vnde officiales epiſcoporum ordinarij cenſentur. argument. extra, de appellatio.Romana.in princip.lib.6.ff. de iudic. cum prætor § 1.Goff. tamen dicit eos delegatos, ut ipſe notat in Sum de
c offic.vica. ſed prius dictum verius eſt.[c] Pari etiam ratione camerarius domini papæ, vicecancellarius, auditor contradictarum,
& auditor cameræ, ordinarii ſunt, ſecundum Goff. & dominum
d meum. Quis autem dicatur ordinarius alicuius, dicam infra.in ti.
3 de compe.iudi.adi.§.ſequitur. †¶ Quid de auditoribus generalibus palatij domini papæ, nunquid ſunt ordinarij? Hæc quæſtio fuit ſæpe coram me diſputata: & puto quod in audiendo, ordinariam habent poteſtatem: quia generalis audientia eſt eis commiſſa a domiño papa: ſecus in diffiniendo: vt dixi ſupra.in titu.de iudic.deleleg.§ iam nunc.verſicu.ſed nunquid.in fin.& arg.in auth. col.3.de adminiſt.off & in auth.col. 5.ut ordinarię, & vrb. pręfe. ſic etiam auditori cameræ domini papæ, generalis audientia cauſarum inter curiales ventilandarum cōmittitur à camerario, cuius eſt officialis. Hinc eſt, quod vacante Apoſtolica ſede, camerarius, mareſcalchus, & auditis cameræ ſuam poſſunt iuriſdictionem exercere, & hoc dixit dominus meus tempore vacationis poſt obitum domini Clemētis papæ IIII. dicens, quod omnia illa officia, quæ ſunt in C.lib.1.ordinaria ſunt: ut dicam j.de iur. om. iud.

ADDITIONES.

Pileus modicū ubi de iuriſdictione. ¶ Tancre.ſuper rubrica prima. ¶ Roſ. ſuper rub.ſecunda. ¶ Vber.de Bobio, ubi de ſententia ordi.mihi char 3. & ubi de ordi.mihi char.9.¶ Vber.de Bona.quib.modis examen ordinum declinetur ¶ Ioan.de Deo de except.contra iudicem cauil.lib.3. ¶ Bonagui. rubrica qualiter facere reus debet, ſi iudex eſt ordinarius. ¶ Alber.Gal.ubi ſupra.de legato.¶ Gul. Angli. ſub rubrica de iudicibus. poſuit hanc rubricam.

a Ordinarius. ¶ Hoſti.in ſumma addit duo membra, ſcilicet qualiter impeditur, & qualiter finiatur.

b Olim. ¶ Allegauit ſicut Tancr.& antiqui, non aduertens, ꝙ deciſa erat.ſub ſecundo, infra talis litera. Præterea cum ſedes Apoſtolica caput omnium eccleſiarum exiſtat, & Romanus pontifex iudex ſit ordinarius ſingulorum, &c.

c Verius eſt. ¶ Quod ſatis probatur de conſue.c.2.lib.6.& uide quod not. de officio uicarij.c.2.in gl.2.eo.lib.

d Meum. ¶ In ſum.huius tit.in prin.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

lud.verſicul infami.pari ratione & iſti,quamuis quidam cardina-
les contrarium tenerent, dicentes, quod præmiſſi tunc de cauſis
a audiebant auctoritate collegij,& non ſua: [a] auditores autem pa-
latij, qui vice papæ viuentis cauſas audiunt:eo mortuo etiam cę-
ptas audire non poſſunt: cum non habeant ordinariam iuriſdi-
ctionem, licet habeant viuente papa ordinariam cognitionem,
vt prædixi.argumen.contra,quod auditores palatij ſint delegati,
in Authen.coll.6 de iudicibus.§.iudices itaque. De hoc j. de ſen-
4 tentia.§.vt autem.verſicu cæterum.† ¶Item quilibet prælatus p
electionem factus,ordinarius eſt.extra, eod.cum ab eccleſiarum.
& extr.de iud decernimus.16.quæſtio.4.capitul.fina. Prætermiſ-
ſis autem inferioribus prælatis epiſcopus poteſt de omnibus cau
ſis ſubditorum ipſorum prælatorum cognoſcere, ſecundum pa-
b pam, vt not. in præ. capitul. cum ab eccleſiarum [b] † ¶Et hac rõ
5 ne videtur,quod archidiaconus non habet ordinariam iuriſdõ
nem:quia licentiam epiſcopi requirit,extra, de offic. archid. ar-
chidiaconus.uel dic quod ubi conſtituitur ab uniuerſitate & epi-
ſcopo,tunc eſt ordinarius:nam eius iuriſdictio eſt à lege.argumẽ.
63.diſtincti. ſi in plebibus.ſecus ſi ab epiſcopo tantum.nam ſolus
princeps facit ordinarium.2.quæſt.6.§. quod de arbitris, uel dic
c ſecundum Vin [c] quod delegatus eſt, & quotidie fit ei commiſſio
& delegatio: ſicut & vſusfructus quotidie conſtituitur, non au-
tem proprietas quotidie conſtituitur: ſed tantum eo tempore,
d quo vendicatur:vt ff.de uſufruct.accre.l.1.§ fin. [d] ¶Item officia
lis epiſcopi eſt ordinarius:vt no.extr.de appella. Romana.in prin-
e cip.lib.6 [e] † ¶Item legatus ordinariam habet iuriſdictionem in
6 prouincia ſibi decreta.quod dic,ut ſupra titu.proxim.§.ſupereſt,
uerſicu.quid de ſententia,quam fert Vtrum autem morte man-
datoris eius poteſtas expiret, & an poſſit per collegium reuoca-
7 ri, not. ſupra titul.proxim.§.finitur.† ¶Patronus autem non ha-
bet ordinariam iuriſdict.inter libertos, prout not. ſecundum pa-
f pam,extr.de arbit.dilecti. [f]

ADDITIONES.

a Sua. ¶ Vide in clementi.de reſcript.auditor.& quod ibi no.in 1.gloſſ. & de elect.ne Romani.uer.eo.tamen.& quod ibi notatur.

b Eccleſiarum. ¶ Tene quod dixi,eo.tit.paſtoralis.ſuper.1.,gl.ſcilicet, ꝙ ſalno iure ſpeciali conſuetudiuis, vel priuilegij.locus eſt præuẽtioni, & ubi ita concurrunt,quod non apparet quis præuenerit.ibi uide.

c Secundum Vincen. ¶ In decre.ulti.in prin.de off.archidiac.dicit quaſi delegatus.

d §.fi. ¶ In horum uerborum expoſitione ſatis ibi inſtat gl.1.Ae intellectum autem facit l.j.ff.quando dies vſufr.leg.cedat. Si enim vſusfructus legatur per dies,uel annos:quolibet die uel anno conſtituitur,& ſic pluribus erat legatus,ita quod coniunctim competebat ius accreſcẽdi; vno etiam qui uſus fuit perdente,conſtituitur alteri.quod non eſſet in proprietate,quæ licet re integra accreſcat coniuncto: tunc tamen ſolum cum habet ius uendicandi. conſtituitur enim per traditionem.

e Lib.6. ¶ Hoc dixerat ſ.uer.j.

f Dilecti. ¶ Ibi ſcripſi in glo.ar.quod.

ADDITIONES NOVAE.

* In l.2.ff.de his qui ſunt ſui uel ali.iu.no. ꝙ ſicut priuatur dominus dominio ſerui propter nimiam ſæuitiam: ita officialis & iudex repellitur ab officio propter nimiam ſeueritatem. Bar.in d.l.2.
* An laicus poſsit eſſe aſſeſſor in cauſa ſpirituali.Io.And.in c.ſicut. ne cle. vel mo.dicit quod ſic,
* In l.3.ff.de officio aſſe Item non debet quis eſſe iudex uel rector in ciuitate ſua,niſi princeps ſpecialiter hoc indulgeat.l.fin.C.de crim.ſacrile. ſed quare hodie ſit contrarium?dic quod hoc forte eſt ex poteſtate quam habent ciuitates Lombadię ex pace Conſtantiæ, ex qua poſſunt eligere ſibi rectores & quos uolunt,& ſpeciale eſt in ciuitate Romana,ubi officiales erant de Roma tantum,ut dicta l.3. Sed nunquid in una ciuitate ortus,& habens domicilium in alia,poterit reſidere in ea,in qua habet domicilium?uidetur quod ſic:quia tex.dicit,hic ortus &c.ſed dic quod non,quia prouinciales prohibetur,ut hic: & dic.l.2.ex quibus cauſ.ma.& prouinciales dicuntur non tantũ origine, ſed etiam domicilio, l.prouinciales.de uerbo.ſignificatio.& l.3.de diuer.offic.lib.12. Sed quid in locum tenente? nunquid oriundus ciuitatis poſsit eſſe locum tenens? videtur quòd non, à ſimili: pro hoc l.1.§.fina.de priuileg.ſcholar.& in hac ratione fundat tex.in l.3 de offic.magiſt. mili. ſed dic contra. quia locum tenens poteſt eſſe de prouincia, licet non poſsit eſſe iudex.& ratio eſt in iudice, quia non timet aliquem, cum non habeat ſuperiorem niſi principem,ſed ſi locum tenens delinquat in officio ſtatim punitur per ſuperiorem:& hoc etiam,quia quando officialis ſe abſentat, non de facili inuenirent locum tenentem extra prouinciam:ergo de prouincia conceditur,argument.l.fina.C.de crimi.ſacri leg. Item locum tenens eſt delegatus,ſed delegatus poteſt eſſe ſubditus,l.fi.j.tit.proxi.& l.fi.C.qui pro ſua iuriſdictione.fac.l.ſi quis offi.de ri.nup.& l.ſi concubi.& l.in quorum: de pigno Alber.de roſate.
* In l.ſuper creandis.de iure [...] nota antiquam conſuetudinem obſeruandam in electionem offi[...]tum.§.fi.de decur.

* Nota quòd in famulis & in ſumptibus familiæ ſeruanda eſt conſuetudo: & ideo conducens iudicem,debet intelligi ꝙ ſumptib. conducentis conducatur,& in eundo ſtando,& redeundo:quia ſic eſt cõſuetudo.fac.l.domini prędiorum.C.de agric.& cenſ.& l.excepto. C.loca.
* An iudex ordinarius poſsit habere ſalarium,an delegatus?Item nũquid rector tenetur ex conſilio aſſeſſoris? Item nunquid quis compellitur eſſe conſiliarius,uel aſſeſſor? Item an ſententia lata per rectorem abſque conſilio in aſſeſſoris præſentia ualeat?Alberi.in l.j.ff.de offi.aſſe.Item ibi ponit an delegatus à principe poſsit habere ſalarium.& in l.diem functo.eo.tit.& j. de ſalarij s.not.

¶Ordinarium iudicem quis conſtituat.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus quilibet factus per electionem, ex quo habet adminiſtrationem, ordinariam iuriſdictionem dicitur habere.*

2 *Poteſtates & rectores prouinciarum, an habeant ordinariam iuriſdictionem.*

3 *Epiſcopus an poſſit facere ordinarium.*

1 2.§.Conſtituit † autem ordinarium princeps: ut di-
xi ſ.in princip. Item lex facit ordina-
rium.2.q.6.§.ꝙ de arbitris.ff.de iuriſ.om.iudi.& quia. Item ꝯſue-
tudo.ext.c.duo 9.q.3 ꝯqueſtus C.de eman.l.1.& fi.ext.de off.ar-
chi.c.fi.Item uniuerſitas,non priuatus, & tunc lex dat ſibi iuriſdi
ctionẽ.arg 63.diſt.ſi in plebib.& in auth.de defen.ciui.§.nos igi-
tur.col 3.C.de iur.om.iud.priuatorũ ext.de exceſ prælat.ad hoc
2 † ¶Ex quo patet,quod quilibet prælatus, qui fit per electionem
iuriſdictionem ordinariam habet ex quo habet adminiſtrationẽ
ut dixi ſ.§ prox.Pręmiſſa probantur,ff.de iuriſ.om.iudi.more.&
l.& quia.& uide j.de iur.om.iud.Item ex pręmiſſis patet poteſta
tes & rectores,qui in Italia eliguntur,habere iuriſdictionem or-
a dinariam [a] † ¶Nunquid ergo epiſcopus poteſt facere ordinariũ?
3 Videtur quod ſic: quia poteſt alicui committere uniuerſitatem
cauſarum,ut dixi.De hoc not.extra,ne præla uic.ſuas, uel iuriſdi-
b ctionem c.2. [b]

ADDITIONES.

a Ordinariam. ¶ Vide j.tit.2.§.officium.& quod ibi dicam.ſed Hoſt.ti.2.reprehendit eos, ꝙ uſurpant merum imperium.vide quod dicam j. de iuriſ.om.iud.§.1.verſi.infimi.in fi.

b c.2. ¶ In gl.2.& uide quod ſuper ea dixi poſt Hoſt.de hoc etiam.11.q.j.experientiæ.

¶Iudicis ordinarij officium quod ſit.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij officium eſt,cuncta diligenter inquirere,et rerum ordinem plena inquiſitione diſcutere.*

2 *Quæſtiones incidentes debent per interlocutoriam ordinarij terminari,interlocutoriæ que cum expedire viſum fuerit,reuocari.*

3 *Ordinarius debet ſententias delegatorum principis,ſi eis iniunctũ fuerit, executioni debitæ demandare.*

4 *Iudex ordinarius debet alienam neceſſitatem tãquam ſuam habere: & ius ſuum vnicuique tribuere.*

5 *Scelera inquirere,delinquenteſq; canonice punire, iudicis eſt & ordinarij.*

1 3.§.Officium ordinarii & cuiuſlibet iudicis,eſt latiſſi-
mũ:ut dicã j.de off.iudi.† debet enim
cuncta diligenter inquirere, & rerũ ordinem plena inquiſitione
diſcutere:ut 30.q.5 iudicantem. Item tutum locum partibus aſ-
ſignare.2.q.2.c.ult.ext.de appell.ex parte,id eſt, timorem à teſti-
bus,& a partibus remouere.3.q 9.hortamur.extra, de ſponſa.cũ
locum.Dilationes,prout expedire uiderit,moderari.ext.de app.
cum ſit Romana ff.de re iudi.l.2 ff.de iudi.l.nonnunquam.5.q.3.
2 ſi ægrotans.† ¶Item incidentes [a] quæſtiones per ſuam interlocu-
a toriam terminare:& interlocutorias,cum expedire viderit,reuo-
care.extra,de ord.cog.c.j.ff.de re iud.quod iuſſit.extra,de app.cũ
ceſſante.de accu.qualiter.& de re iud.Ad Apoſtolicæ.lib.6 Item
b negotia ſententialiter diffinire,& ſuas ſententias [b] & ſuorum de-
3 legatorum. † ¶Item ſententias delegatorum principis, ſi eis in-
iunctum fuerit, executioni debitæ demandare.extra, de officio
delegat.quærenti.& cap.paſtoralis.& cap.ſi quando Item curam
ſubditorum habere.8.q.1.qui epiſcopatum. Item ſingulos iuua-
4 re,& cunctis velle prodeſſe.8.quæſt.1.clemens.† ¶Item alienam
neceſſi-

ADDITIONES.

a Incidentes. ¶ Cautius dixiſſet,emergentes,per ea quæ no.de ord.cogni.capitul.1.

b Sententias. ¶ Quę ſuperius dicta ſunt,conueniunt etiam delegatis.

neceſſitatem, ſuam exiſtimarẽ. 86. diſt. in. fratrem. Item ius ſuum
vnicuique tribuere. 12. q. 2 cũ notiſſimam. C. de appel. eos qui. re
ſpon. i. & ſine delectu pſonarũ. extra, de iud. nouit. prope fi. extr.
5 de ſtat. mo. c. fin. in princi. † ¶ Item delinquentes canonicè puni-
re extra eo. c. j. & c. irrefragabilis. §. ſi de vit. & hon. cler. vt cleri-
corum. §. pen. Item ſcelera inquirere, & ea inuenta punire. extra
a eo. c. j.[a] Item gratis, & ſine expẽſis ius reddere. extra, de vit. & ho
ne. cle. cum ab omni. Item in correctionib. & pęnis miſericordiã
b adhibere[b]. 45. diſt. omnis. & c. licet. extr. de purg. ca. inter. Item
c ſpectant ad eum[c], quæ ſunt de lege diœceſana, & iuriſdictionis
ꝙdi c, vt extra, eodem. dilectus filius. & 10. quæſtione j. in ſum.

ADDITIONES.

a c j. ¶ Et ſi eſt epiſcopus, hoc poteſt in quolibet loco ſuæ diœceſis non exem
pto eod. tit. cum epiſcopus, lib. 6.
b Ad hibere. ¶ De qua ſatis s̃. tit. proxi. in fin.
c Ad eum. ¶ Sup. epiſcopum, non generaliter ad omnem ordinarium.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius eſſe quis poſſit, & cui prohibeatur.*
2 *Conſentiens in iudicẽ non ſuũ, an poſſit ante litis conteſtationem reſilire?*
3 *Exceptio de impotentia iuris vel facti, an contra ordinarium admittatur?*

4. §. Poteſt autem eſſe ordinarius, quicunq; non prohibe
tur. Qui autem prohibeatur, & de exceptioni
a bus contra eum competentibus, dixi s̃. tit. prox.[a] §. recuſari. In om
uibus caſibus eiuſdem §. & in multis qui ſunt in §. ibidem ſequẽti.
1 † ¶ Quid ſi conſenſi in iudicem non meum, nunquid poſſum ante
litem conteſtatam reſilire? Reſpon. ſic, ſecundum Io. & H. ff. ſolu.
mat. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ſed poſt non, ſecũdum
Goff. ff. de iur. om. iud. ſi conuenerit ſecundum Bar queſtio eſt ve
b nerealis:[b] & uidetur expedita. ext. de foro competẽ. ſignificaſti.
Et de hoc dic ut j̃. de compe. iud. adi §. 6. verſi. 27. & ſequen. verſi.
2 10. & ſequen. † ¶ Quæritur, an exceptiones de impotentia iuris
vel facti contra ordinarium admittantur? Reſpon. non: quandiu
in dignitate toleratur: ut extra, de coha. cle. & mu. veſtra. & s̃. ti. 1.
§. fin. ver. item quòd eſt criminoſus, Niſi exciperetur de excõmu
nicatione, in qua eſt ſpeciale. extra, de offi. deleg. cum ſuper. & de
elec. nibil eſt. Sed, contra delegatum locum habent: vt ext. de re
c ſcrip. ſciſcitatus.[c]

ADDITIONES.

a Proxi. ¶ Col. j. & ſic j̃. verſ. vltimo. & ꝓbant hæc q̃ ſcripſi s̃. tit. ꝓx. in princ.
b Venerealis. ¶ L x v. & de hoc de iudi. c. j. ſuper gloſ. ſed nonne.
c Sciſcitatus. ¶ Et uide quod ibi ſcripſi ſuper gl. 2. & de accuſ. qualiter. 2. ſu-
per j. gloſſ.

a ¶ De Auditore. [a] Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Auditor quis dicatur, & quam cognitionem habeat, & quomodo poſſit eligi vel recuſari.*
2 *Appellari non debet ab auditore, niſi modum, vel mãdati fines excedat.*
3 *Auditores in curia Romana dicuntur, qui aliorum vice cauſas exminant nullam diffiniendi poteſtatem habentes.*
4 *Officium auditoris eſt, exequi quod mandatur.*
5 *Exceptio contra auditores, quæ fieri poſſit, & quomodo.*

1 AVDITOR † eſt is, cui ab aliquo iudice aliquid de me
diis cauſæ committitur: puta aliquis certus articulus
audiendus, vel examinandus: vt dixi s̃ de iud. dele. §. ſe
quitur. ibi etiam no. an habeat cognitione m quis: ne
2 valeat recuſari, de partium deputandus eſt aſſenſu. † Nec ab eo
appellatur, niſi modũ, vel fines mãdati excedat: vel niſi merito ſit
ſuſpectus extrà, de offic. deleg. ſuper quæſtionum. §. verum. & §.
3 ſeq. in fi. 2. q. 6. à iudicibus † ¶ In curia autem Romana auditores
dicuntur, qui aliorum vice cauſas examinant: ſed ſine illorũ man
dato poteſtatem diffiniendi non habent: vnde & generales audi-
tores palatii domini papæ vice & loco ipſius domini, cauſas exa-
b minant & audiunt, & poſtea eidẽ domino referunt:[b] ut ſecun-
dum eius imperium, & beneplacitum ſententias eius auctoritate
promulgent, & cauſas decidant ad inſtar Moyſi: ut extrà, de re iu
di. cum æterni. & dixi s̃ de iudi delegat §. 2. uer. item non ob. Ab
eorum tamen ſententiis appellatur. ext. de appell. c. cum cauſam
Vtrum autem ſint ordinarij: dixi s̃. ti. prox. §. 1. Item, quæ de aſſeſ.
4 ſorib. s̃. in ti. prox. dicentur, hic repetita eſſe intelligantur: † ¶ Of-
ficium autem auditoris eſt, exequi quod mandatur. ext. de re iud.
c cũ Bertoldus. ext. de off. dele. ſuper quæſtionum.[c] † ¶ Excipitur
5 contra auditorem, ꝙ grauet alterã partẽ, vel ꝙ mandati fines ex-
cedit, vel ꝙ ẽ merito ſuſpectus: vt s. ſed ſi datus ſit de partiũ ꝯſen
d ſu non poteſt niſi in prædictis caſib. recuſari[d]. Poteſt etiã excipi
contra auditorem de his, quæ contra iudicem, vel arbitrum exci
pi poſſint, ſecundum Goſ.

ADDITIONES.

a Tancred. hãc rubricã cũ ſeq. coniunxit, tractando de aſſeſſore & àuditore.
b Referunt. ¶ Quomodo aũt iſti citant in audientia, & de conſuc. j̃. duas die
tas ext. curiã & citationum formas, vide j̃. de citatio. §. vlt. in prin.
c Quæſtionum. ¶ Vide quod ibi ſcripſi ſuper ver. articulum.
d Recuſari. ¶ Improprie loquitur: quia cum grauat, vel modum excedit, lo-
cus eſt appellationi.

¶ De ordinario Iudice, & de Auditore. Bald.

COMITES & barones habentes territoria. Item epiſcopi, & eorum of
ficiales. Item mareſcalchus & camerarius domini papæ, vicecancellbrius,
auditor camerę, & auditor contra dictarum, & generales auditores ſacri pa
latij, habent in cognoſcendo iuridictionem ordinariam, non in decidendo
& poſt obitum domini papæ camerarius, mareſchalcus & auditor cameræ,
poſſunt ſuam iuriſdictionem exercere: ſecus in auditorib. palatij, qui vice
domini papæ cauſas audiunt. G. vide quod no. in ſimili. ff. de acquir. poſſ. l.
j. §. veteres. in glo. ordi. Nota, ꝙ uicarius mortuo domino etiam inchoatas
cauſas non poteſt perficere, in §. 1. in titulo de auditore. G. delegatio quoti
die fit, & ideo ſemper res eſt integra. ff. de uſuſr. accreſc. l. j. in fin. ſecundum
Vincen. uerſ. prætermiſſis. G. Et iſta ratio eſt ſubtilis, tamen non eſt uera:
quia ſequeretur, quod morte delegantis etiam re non integra finiretur, qđ
eſt falſum. Bal. Poteſtates habent ordinariam iuriſdictionem, §. conſtituit
& no. in Auth. de defen. ciui. §. non habente. unde poſſunt cauſas delegare,
& uicarios conſtituere: ut not. C. de ſenten. ex breui. reci. l. fin. in gl. in uerb.
proferant Exceptio de impotentia iuris & facti, non poteſt opponi contra
ordinarium, quandiu non remouetur. in §. fina. uerſi. quæritur. uide s̃. titu. j.
§. pen. contta auditorem poſſunt opponi exceptiones, quæ poſſunt opponi
iudici & arbitro. in tit. de auditore. G.

a ¶ De Aſſeſſore. [a] Rubrica.

AD huius materiæ notitiam videndum eſt, Quis ſit aſ-
ſeſſor, Quis eũ debet eligere, Qualis eſſe debet, Quod
ſit eius officium, An poſſit recipere ſalarium, Et de pę
b na aſſeſſoris delinquentis.[b]

ADDITIONES.

a Tancred. poſuit hanc rubricam præcedenti coniunctã, & eſt quarta. ¶ Ioã.
de Deo ponit hunc tractatum in Cauil. lib. 6. in 3. rub. & in lib. iudi. in rubr.
ult. primæ partis. ¶ Aegidius rub. 60. & 66. & 67. tractat de aſſeſſorib. & cõ
ſiliarijs. ¶ Gul. Ang. ponit rub. de aſſeſſoribus & officio, præmiis & pœnis
eorum.
b Deli nquentis. ¶ Ad literam ſic poſuit Tan. in ſuo ordine iudiciario.

¶ Aſſeſſor quis ſit.

SVMMARIVM.

1 *Aſſeſſor alio nomine dicitur conſiliarius.*

a 1. §. Aſſeſſor eſt is[a], quẽ ille, qui iudicandi poteſtatem
habet ſibi aſſociat, vt ſibi in cauſę cognitio
ne aſſideat vel aſſiſtat, & eum ad recte decidendum cauſam in-
1 ſtruat: vt C. de aſſeſ. l. 1. † Is, autem aliter vocatur conſiliarius: vt
j̃. de conſi. requiſi.

ADDITIO.

a Eſt is. ¶ Secundum Azo. in ſum. huius tit. C. & eius fuit officium. parte j. &
§. pen. Item ultimus parte prima.

¶ Aſſeſſorem eligere quis debet.

SVMMARIVM.

1 *Eligi debet aſſeſſor de partium conſenſu, ne qua partium eum poſtmodũ valeat recuſare, & ne ſub ſuſpecto iudice litigare cogantur.*
2 *Iudex partibus non concordantibus eligere poteſt aſſeſſorem, prout vide rit expedire.*
3 *Iudicium redditur in inuitum.*

2. §. Eligitur autem a Iudice, vt patet s̃. in deſcri. verun-
tamen conſuetudo tenet in pleriſq; locis,
1 & congruit rationi & iuri, & tutius eſt, vt † aſſenſu partium eli-
gatur. 14. q. 5. nõ ſane, ne qua partiũ eũ poſtmodũ valeat recuſa-
re, & ne ſub ſuſpecto iudice litigare cogant ut in præ. l. j. C. de aſ-
ſeſ. & argumentũ extrà, de officio delegati. ſuper quæſtionũ. §. ve
a rum & §. ſequen. 2. quæſtione. 6. placuit. 11. quæſtione j. capi. 3.[a]

ADDITIO.

a c. 3. ¶ Hoc patet de reſcrip. ſta. p rin. lib. 6.